

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem. Oblata Nobis super pro parte dilectorum filiorum Antonij de Meo laici, et Mariane etiam de Meo mulieris Italicae petitione continetur, quod ipsi, qui ut asserunt, de nobili genere procreati
 existunt, ex certis rationabilibus causis eos moueri, et ad obuiam habendam super rebus magni momenti, quae inter eos omni formidantur, sine ulla mora, ac pro familia conseruatione, et bono in ea, Cupiunt iniicem matrimonialiter copulari,
 sed quia secundo Consanguinitatis gradu in linea aequali iniicem sunt coniuncti, distidendum eorum hoc in parte adimplere non possunt absque ulla apostolica dispensatione; Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eis ad super dictam dispensationem
 gratia providere de benignitate apostolica dignarimur. Nos igitur certam de quibusvis excois, suspensis, et interdictis, et huiusmodi ecclesiis, et personis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa satis,
 si quibus quodlibet inmodum existunt, ad effectum primum dumtaxat conuocandi, eorum serie absoluti, et absolutos fore existimus, huiusmodi supplicibus inclinati, Discretionem tuam, de qua plenam in Domino fiduciam habemus, per primum committimus, et manda-
 mus, ut disposita omni spe cuiuscumque muneris, aut praemij et sponte oblata, a quo te omnino abstinere debere monemus, de quibus te diligentem informes, et si per informationem eandem praesens veritate tibi assereris, super quo conscientiam
 tuam oneramus, cum eisdem exponitis, dummodo tu dicitur Mariana propter hoc causa non fuerit, quod impedimento secundi Consanguinitatis gradus in linea aequali huiusmodi, ac Constitutionibus, et Ordinibus apostolicis, ceterisque
 contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice adiuuata forma Concilij Tridentini contrahere, illudque in facie ecclesiae solemnizare, et in eo postmodum permanere libere, et licite valeant, apostolica auctoritate dispensatis,
 prohiere suscipiendi exinde legitimum nunciando. Volumus autem, quod si tu sperta monitione nostra huiusmodi aliquid muneris, vel praemij occasione dispensationis praesens exigere, aut oblata recipere temere praesumpseris, excois sententiam incurras.

Datus Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Martij M. DC. XXXij. Pontificatus

Nri

Anno

Nono

M. A. Maratous

Perg. 35



Dilecto filio Officiali Ispalen.

